

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 18 : \[19\] De Ione siue Iside](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 18 : [19] De Ione siue Iside

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[115-116\] : De Ione](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 19 : De Ione siue Iside](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 20 : D'Ion, ou d'Isis](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 19 : D'Ion ou Isis](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination261r°-263r°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Io, Isis](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

& mouere iuberentur. At venit in mentem denique Deucalioni communem omnium matrem & astrictam esse terram, cuius ossa iure saxa dici ob duritiem possent: sic autem rem expressit Ouid. lib. 1.

Atque ita, si precibus, dixerunt, numina iussis  
 Victa remollescunt: si flectitur ira Deorum,  
 Dic Themis, qua generis damnum reparabile nostri  
 Arte sit: & meritis ser opem mitissima rebus.  
 Mota dea est: sortemq; dedit. discedite templo,  
 Et velate caput, cinctasque resoluite vestes;  
 Ossaque post tergum magnæ iactate parentis.  
 Obstupere diu, rupitq; silentia voce.  
 Pyrrha prior, iussuque Deæ parere recusat.  
 Detque sibi veniam pavidò rogat ore; pauetq;  
 Lædere iactatis maternas ossibus ymbra.

10

Nam cum illa audiisset Deucalion statim postea subiunxit;  
 Magna parens terra est: lapides in corpore terræ  
 Ossa reor dici. iacere hos post terga iubemur.

Verum hanc rem breuissime complexus est Iuuenalis in prima satyra his carminibus;

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor  
 Nauigio montem ascendit, fortesq; poposcit,  
 Paulatimque anima caluerunt mollia saxa,  
 Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.

20

Arrhianus tamen in libro secundo rerum Bithynicarum Deucalionem in arcem, locumque eminentiorem tunc Argi confugisse inquit ex illo diluuiò, quare post illam inundationem Ioui Aphesio liberatori scilicet aram erexit, qui locus postea Nemea à pabulo pecudum, quæ frequètes ibi pascebantur, fuit nominatus. post illam inundationem, ut ait Thesibulus in historiis sumptis illis qui erant superstites Dodonam habitauit, quam regionem ita ab vna Oceanidum appellauit, ut scripsit in suis commentariis etiam Acellodorus.

30

Hæc illa sunt, quæ de Deucalione memorantur ab antiquis. nunc cur ita ficta fuerint, inuestigemus. Deucalion fuit vir bonus & iustus & pius, qui ob equitatem religionemque suam, non solum Promethei siue prudentiæ filius fuit creditus, sed etiam ab aquarum impetu Deo protegente seruatus, cum nefarii omnes vno tempore periissent. est enim initium sapientiæ timor domini, quare prudentiæ filius Deucalion. cum viros bonos mergi omnino non patiatur Deus, quos fluctuare patitur, idcirco in arca seruatus Deucalion & Pyrrha eam tempestatem euaserunt. ac cum rursus rudes homines, & religionis cultusque Deorum ignari nascerentur, dicti sunt lapides, qui à Deucalione ad politiorem vitam, & à Pyrrha informati fuerunt, sunt in homines conuersi. Hæc igitur fabula ad probitatem, & ad cultum Deorum homines adhortabatur, quæ excepta est, ut mihi quidem videtur, è sacris literis. at nunc de Ionæ dicamus.

40

De Ionæ siue Iside,

Cap. XVIII.

Fuit Io, quæ Iunonis Zelotypia in candidam vaccam conuersa est, ut scriptum fuit à Cecrope, Argi & Ismenes Alope filia, ut vero ab Acellodorus Neptu

Vuu ni &

## Mythologia

ni & Halirrhoes : quam tamen Acusilaus Pirenes filiam putauit, quae fuerit Iunonis sacerdos, ut scripsit Apollodorus lib. 2. bibliothecae. communior tamen fuit scriptorum sententia, quod ea fuerit Inachi fluuii filia, ut scripsit Ouid. lib. primo Metamorph.

Inachus vnus abest : imoq; reconditus antro  
Fletibus auget aquas; natamq; miserimus Io  
Luget ut amissam.

10 Qui Iunonis sacerdotem fuisse dixerunt Ionem, illam in vaccam à Iunone conuersam fuisse tradiderunt, vbi illam à Ioue vitiatam comperisset: tum verò abiurauit Iupiter se minime cum illa fuisse congressum. Hanc tamen Iuno à Ioue munus poposcit, & Argo Arestoris filio, ut ait Myrleanus Asclepiades, vel Terræ, ut sensit Acusilaus, seruandam tradidit, qui eam in monte Mycenæo ad oliuam quandam alligauit. Scriptum reliquit Andrætas Tenedius in nauigatione Propontidis Ionem, non modo non fuisse perfunctam Iunonis sacerdotio, ut nonnulli putarunt, sed etiam fuisse quoddam scortum, quæ veneficiis Iouem in amorem irretire niteretur, ut est etiam apud enarratorem Theocriti: ad quam rem Iyngis Echus vel potius Suadelæ & Pános filix opera vsa fuit: illa re cognita Iynx in auem sui nominis à Iunone fuit conuersa, quam etiam auem vtilem esse veneficiis arbitrantur: quæ  
20 quoniam caudam semper mouet, dicta est à latinis motacilla. Hanc capientes veneficæ mulieres cereæ rotæ annexam super carbonibus cum quibusdâ execrationibus torrent & comburunt: at nonnullæ veneficæ non totam, sed intima tantum illius, ei rotæ alligant. hætenus Andrætas. Fabulantur hæc datam fuisse Iasoni à Venere quo tempore nauigauit in Colchos, ut Medeam in amorem sui posset allicere. Ionem igitur Iyngis artificio adductus Iupiter in nebula, ut lateret, compressit, quod cum sensisset Iuno Zelotipia capta eò accessit: at Iupiter id sentiens Ionem in vaccam cæcidam mutauit, ut omnem suspicionem Iunoni leuaret hæc arte. cum vero Iuno illam vaccam vidisset, donum à Ioue postulauit: at veritus Iupiter ne, si illam negauisset, dolus pateret, quamuis inuitus, tamen largitus est. cum verò diu sub Argi custodia, qui centum habebat oculos, asseruata fuisset, Iupiter tandem illius miserum mandauit Mercurio ut raptam Ionem, vel interfecto Argo abduceret: tum Mercurius sumpta pastoris forma conatus est cum fistula per soni suauitatem Argum in somnum inducere, quem etiam virga ractum sopiuit. deinde cum vaccam rapere vellet, Argus ab Hierace fuit excitatus: cum vero rem tegere amplius Mercurius non posset, Argum saxo occidit. Illa re valde commota Iuno primum Argum in pauonem cum totidem oculis in pennis nunc etiam apparentibus mutauit, deinde æstrum vacæ immisit, quo illa grauissime exagitata est, ut testatur Virg. lib. 3. Georg.

30 Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras  
Inachix Iuno pestem meditata iuuentæ.

Hæc igitur furore vexata primum mare, quod ab ipsa Ionium vocatū est, dicitur transisse; quod Theopompus tamen non ab ea, sed ab Ionio viro Illyrico, dictum putauit; veluti Archidamus ab Ionibus ibi in traiectu maris immeris. Postea vero montem Hæmum per Illyridem profecta transcendit, sinumque Thracium traiecit, qui ab ea postea vocatus est Bosporus. nam duo fuerunt Bospori Cimmerius & Thracius. Hæc loca fuisse ita ab illa nomi nata significauit Prometheus apud Aeschylum, vbi omnia euentura Ioni puellæ

puellæ vaticinatur : inter quæ hæc etiam sunt ;

Σεφῶν ἐπιφῶν, ἰόνιο κληθεῖσθαι  
τῶν οὐκ ἄπορτος μέλαι τῶν ἀπῶν βροτῶν ;  
Scias apertè, Ionius vocabitur,  
Tux vix monumentum is omnibus viris.

& id ;

Ἐΐτα δὲ θνητοῖς ἄνῳ λέγει μέλαι  
τῶν οὐκ ἄπορτος, βίωσι δὲ ἰσχυρῶν ;  
Semper viros inter vigebit de tuo  
Cursu loquela ; & Bosporus cognomine .

In Scythiam vero profecta multa deinde Europæ & Afrix maria tranauit, æque in Aegyptum tandem peruenit, vt ait Quid. lib. 1. Metam. quare cum tot labores sibi esse exantlandos Io percepisset antea ex Prometheo, in desperationem propè adducta est : quare ita secum inquit ;

τί δὲ τῷ ἰσὶ ζῶν ἄπορτος, ἀλλ' οὐκ ἔτι πάρο  
Ἐΐτα δὲ ἰσχυρῶν τῶν ἀπορτῶν πύργος ;  
ἴσως πῶς ἐκὼν ἴσως τῶν πῶτος πύργος  
ἀπαλλῆσθαι, κρηναῖο γὰρ οἱ ἀπορτῶν θύρα,  
ἔτι δὲ ἀπορτος ἰσὶς πάροτος κακοῖ .

Quid vita lucri est ? ipsa nec citissime  
Hac de petra præceps iacio me per Deos ?  
Vt omnibus finem feram laboribus .  
Multò magis semel iuuaret emòri,  
Quàm viuere in dies acerbè singulos .

Cum igitur venisset in Aegyptum ad Nili ripas, dicitur Io priorem hominis formam recuperasse, vt significauit Theocritus his verbis in Europa ;

Διόνυτος δὲ ἀπορτῶν θύρα  
Ἐΐτα δὲ ζῶν ἰσχυρῶν ἴσως χερσὶ Διὸς  
βροτῶν, ἔτι καλῶν ἰσχυρῶν ἀπορτῶν  
Ἐΐτα δὲ ἰσχυρῶν πῶτος πύργος ἰσχυρῶν  
Fluctuagantem bouem spectabant in maris vndis .  
Iupiter hic aderat, niuex qui terga iuuenæ  
Traçtabat dextra . septemflui ad ostia Nili  
De boue cornuta facta est mox femina pulchra .

Atqui scripsit Aeschylus in Prometheo, quod Ioue attrèctante terga huiusce Iuuenæ priorem formam Io recuperauit. Scriptum reliquit Apollodorus in libro de Diis, quod istud ipsum contigit iuxta Iopen ciuitatem, quæ ita vocata fuit ab ipsa Ione, cum Argum diuina ope superasset, ἰσὶς δὲ πύργος καλῶν, ἔτι, ἰσὶς δὲ τῶν ἰσχυρῶν πύργος, ἰσχυρῶν ἀπορτῶν, vocata fuit Iope ciuitas, quod ibi post Argum diuina ope superatum, Io facta est homo. Scripsit Apollodorus Ionem pristina forma recuperata ad Nili fluenta Epaphum ἔτι Iouis congressu peperisse, quem Iuno Curetibus occultandum tradidit, id cum rescuisset Iupiter, fertur Curetes interfecisse, quo tempore Io profecta est in Syriam ad filium inuestigandum, quo inuento in Aegyptum rediit. Strabo tamen lib. 10. antrum quoddam in Eubœa fuisse scribit, in littore maris Argei, quod vocabatur aula houis, vbi Io dicta est Epaphum peperisse, post partum igitur Dea facta fuisse dicitur, & ab Aegyptiis Isis nomine culta, & tempestatibus ac nauigantibus præfecta, vt testatur Lucianus in Dialogo Zephyri & Noti. Hæc illa sunt quæ de Ione Inachi filia fabulosè di-

Y U U 2 6 a

Ita sunt ab antiquis scriptoribus . memorix prodidit Herodotus in Clio re-  
 peam fuisse Ionem a Phœnicibus & in Aegyptum deportatam, quod scriptum  
 fuit etiam ab Ephoro , & a Phœnicibus vulgo creditum est. ac longe alia  
 fuit Persarum sententia, quippe qui putarint, quod ubi in Argis fuit com-  
 pressa a quodam naclero navis Phœnicæ, parentes vesita, quia cognovisset  
 se ferre in utero, cum Phœnicibus lubens in Aegyptum nauigarit. Quod au-  
 tem bos facta mare tranauerit id falsum omnino esse creditur, sed datu fuisse

10  
 fabulæ locum, quia in naui, quæ priorem partem bouis pictam haberet in  
 prora, nauigarit. cum igitur in illa naui mare illud, quod Asiam ab Europa  
 determinat, cuius in litore extructum est Byzantium, traiecisset, locus di-  
 ctus fuit Bosporus, quia bos illac inceserit. Alii crediderunt tumultua-  
 rias nauiculas ab accolis, qui vellent traicere, fuisse factas, quæ quoniam a  
 bobus traherentur, locus fuerit ita appellatus. Alii maluerunt appellatum  
 fuisse Bosporum ab eo tauro, quem Rex Aegyptiorum pro Ione misit ad  
 Inachum . cum vero mortuus fuisset, hunc ostendentes circumtulcrunt, quo-  
 niam illud animal non erat antea nocum neque visum in Græcia, vt ait So-  
 siphanes in Meleagro . cum vero apparuisset longe existentibus supra vndas

20  
 natans taurus ille, quod erat super tabulatum, sinus ille ab incesu bouis, di-  
 ctus fuit Bosporus . fingebatur verò Isis statua cornuta, quæ ex palmarum  
 foliis habebat calciamenta, cum luna sit palmarum fertilitatis causa . Huic  
 foeminae victimæ, vitulæ scilicet erant consecratæ, sicut scripsit Herodotus  
 in Euterpe; *ταῖς δὲ θύραισι τῆς Ἰσίδος, ἀλλὰ ἰσὺς ἀλλοτρίῃ ἐστίν. τὴν γὰρ τῆς Ἰσίδος  
 ἑσθλὰν ἵερὰν ἀποκαλεῖται, ἡ δὲ ἰσὺς ἄλλοτρίη ἐστὶν ἀποκαλεῖται.* foeminas illis  
 sacrificare non licet, quæ consecratæ sunt Isidi . nam Isidis statua cum sit mu-  
 liebris, habet bouis cornua; cuiusmodi Græci Ionē fingunt, inquit postea

30  
 Epaphum Aegypti imperium adeptu urbem Memphim ædificasse, matremq;  
 post mortem Isidis nomine coli imperasse . atque hæc illa sunt, quæ attinet  
 ad historicam expositionem . Quod ad phycas spectat, eo modo luna dicta  
 est, modo credita est terra . nam dicitur Io fuisse Argi & Ismenes filia, vel Ne-  
 ptuni, vel Inachi fluuii, vel aquæ omnino, quum terræ solum Io crederetur.

nam terra procul existentibus videtur paulatim ex vndis exoriri . Hanc Iu-  
 piter compressit in nebula, cum Iupiter nimiru æthereus calor intelligatur,  
 per quem vapores e terra assidue exurgunt . fabulantur Ionem in vaccam  
 mutatū fuisse animal fertilitatis terræ studiosum, cuius omnis industria sit  
 in colendis agris, ob vbertatem ipsius terræ . nam cum Iuno accessit, mitior  
 calor scilicet aeris, cum Iupiter illam vaccam concessit, cum neque ob ni-  
 mium calorem assiduum, vt neq; ob frigus terra hæc scæra . Iuno Argo, cui  
 centrum erant oculi, illam seruandam concessit, quia cælum cui plurimæ sunt  
 stellæ tanquam oculi, assidue terram inuictur, & ob suum cursum tempo-  
 ra assidue varians plurimum adiuuat ad fertilitatem . Harum stellarum hinc

40  
 horum oculorum altera pars dormit, altera vigilat, quia semper dimidium  
 cœli videtur sole illustrari, cum dimidium stellas frequentes ostendet, atq;  
 stellæ, quæ solis lumine obscurantur, dicuntur dormire . At cur Iupiter Ar-  
 gum occidere Mercurio imperauit? quia ratio plurimum potest in agri-  
 cultura . Hæc vacca cæso Argo dicitur liberata fuisse, totumque terræ ter-  
 rarum orbem peragrasse, & omnia transisse maria; quia prudentia & indo-  
 stria agricolarum videtur aeris etiam bonitatem aut fortunæ malitiam  
 superare cum cælis colonorum industria maxime hæc fertis, Hæc ipsa ræ-

tio agriculturæ in omnes terras didita tandem p̄uenit in Aegyptum, quæ tellus, quoniam ob suam fertilitatem ac bonitatem maxime patefaciat vim naturæ & fertilitatem, dicta est vacca primam formam ibi recuperasse. Ad hos cum Isis trāsfretasset mulier omnino formosissima sup̄ gratis ab Ap̄i Aegyptiorum Rege vxor ducta est. quam dicunt nonnulli Mercurium cælo Argo lenē prudentissimo Argiuorum Rege et ipse imperio potiretur pulsū ē Græcia, cum res parum feliciter illi successissent, comitatum fuisse. Ibi cū Isis agriculturam, multasque res humanæ vitæ peratiles Aegyptiæ ostēdisset, pro Dea culta est, & diuini honores illi fuerunt instituti. Erimuero ego fabulam hanc vniuersam ad lunæ cūsum potius accomodādam putauerim: quam dixerunt esse Inachi vel Neptuni filiam, cū luna sensim humectet nocturno lumine, vt ait Ptolomæus in Almagesto. hanc dixerunt filiam Inachi à Ioue fuisse compressam in nebula, cum Iupiter etiam sol aliquando sicq; etenim in horum plantarum coniunctionibus nubes aut nebulae plerunque gignuntur. Mox ob accedentem Iunonem Io in vaccam mutatur, quia semper ferè diē tertio saltem à coniunctione luna exit cornuta, vaccaque cornua imitatur. Nam nisi ante diem quattuor illa se ē nubibus explicauerit, puriori que aeri obtulerit, pluuiæ assidue prop̄ in vniuersum mensem significentur, hanc exeuntem à coniunctione & ē nubibus egressam excipit Iuno et Argo seruandam tradit, quia illa cæteris omnibus stellis est inferior, à quibus despicitur. Occiditur Argus Iouis iussu, & vacca ab Argo liberatur, quia sole lumen & vires lunæ impartiente, illa omnium stellarum vires superat, magisque conspicua sunt lunæ, quam stellarum omnium aliarum vires & actiones in humanis corporibus; quas exercet luna vbi aliquantulum excreuerit. Hæc Io dicta est orbem terrarum peragrasse, & modo in Scythiam, quæ regio est ad septentrionem, modo in Aegyptum peruagata, quia cū luna velocissima sit, mariaque omnia secum trahat, tum modo ad septentrionem, modo ad austrum declinat ab eccliptica. Ibi versa est in Deam, quam cornutam huxerant, cum primam formam recuperasset; quoniam primi omnium mortalium Aegyptii cum oculos in cælum sustulissent, vidissentque cælum, solem, lunam, alia perpetuo motu moueri, & plurimum rebus humanis prodesse, à perpetuo cursu Deos vocarunt; atq; solem & lunam præcipue diuinis honoribus coluerunt, vt testatur Hæsebius lib. 2. præp. euang. & Plat. in Creatylo. Alii fabulam hanc ad humanam vitam, moresq; mortalium exprimendos retorserunt: dixeruntq; Iouem esse hominū parum coedatorum animas; quæ primam cum Ioue coniunctæ in nebula, & ē cælo in hæc corpora tenebratum plena delapsæ, in belluas vertuntur, neque cupiūt aut diuinitatem summi Dei, aut acceptam immortalitatem speculari. Sic verò mutatae donantur Iunoni, quoniam auaritia & omnium libidinum cumulus homines inuadit, quæ multo etiam plures sunt, quam oculi Argi. paulo post cum maturior ætas aduenierit, mittitur à Ioue Mercurius qui Argum occidat, quoniam ratio libidines deniq; refrenat, estq; omnium voluptatum fatietas. Deinde ocellus à Iunone immittitur, qui stimulus est conscientiæ, & rerum præteritarum, ætatisq; inutiliter transactæ recordatio. Hæc facit vt intelligamus nos antea toto cælo, vt aiunt, abetrasse, & vt prudentiores facti pristinam hominum formam resumamus, ac Dii immortales deniq; per sanctitatem vitæ, & innocentiam, & iustitiam, & humanitatem in omnes viros bonos efficiamur. Atque de Ioue satis, nunc de Vesta dicamus.

De